819 v

# Mniszek Sczawinskie Cedit.

126

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus
Premisliensibus Generosus Petrus Paulus a Buzenin Mniszek Notarius
Terrestris Premisliensis sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, 126
Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
praesentique vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni, quo ad actum
126 hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Jure
suo infrascripto, nempe de Summa Decem Millium florenorum polonicalium 126
primum et originaliter per Illustrem et Magnificum Stanislaum Ko
niecpolski Castellanum Lubaczoviensem, Illustri et Magnifico Andreae
Maximiliano de Plesowice Fredro Castellano Leopoliensi coram 126
Actis Castrensibus Premisliensibus, seu alijs quibusvis authenticis Regni
inscriptam, et modo obligatorio super bonis ipsius haereditarijs Villae
Michowa, Terra et Districtu praesenti Premisliensi consistentibus ad solvendum
assecurata: Tandem per eundem Illustrem et Magnificum Castellanum
Leopoliensem in personam Illustris et Magnifici Constantini a Sczawin
Sczawinski Castellani Krusicensis coram Actis Terrestribus Prae
misliensibus cessionaliter descendenta, per eundem vero Illustrem et Magnificum
Castellanum Krusicensem in personam sui Recognoscentis Actis Terrestribus
6 Premisliensibus transfusa: nec non de eisdem Inscriptionibus originali
obligatoria, et subsequentibus cessionarijs, bonisque ipsis Summa eadem
et Inscriptionibus oneratis, cum parata ejusque Juris praesenti cesso, Summae
et bonorum Summa eadem oneratorum Intromissione, Tuitione, Evictione
emundatione, pacificaque in hisce bonis praedicti Recognoscentis continuata
possessione; Cum omni Summissionum Jure dominio, proprietate, Competentiaque
et praerogativa quavis, omnibusque et singulis Inscriptionum praedictarum
originalis obligatoriae, et subsequentium Cessionariarum Jurisque [illegible]

35

Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vallis, ligamentis ac nexibus in universum omnibus, Summaeque quoque supradictae et bonorum Summa eadem oneratorum Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, commodis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis. Nihil exceptum, nihil que iuris, dominij, proprietatis, ac successionis competentiae et praerogativae pro se Recognte, suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praesentibus recognita ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant, Iamque prout nunc et de facto supradicto Illustri et Magnifico Constantino Casimiro à Szczawin Szczawinski Castellano Kruszwicensi, eiusque posteris (accepta ab ipso pro praemissis rebus omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) retrocessit et retrocondescendit praesentibus, prout retrocedit et retrocondescendit, omneque et integrum ius suum, sibi adscripta servientis in personam eiusdem Illustris et Magnifici Castellani Kruszwicensis retrocessionarij sui, eiusque Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat praesentibus. In quod quidem ius praesentis retrocessum, Summam, ac bona Summa eaque onerata praemissaque omnia praesentibus per se Recognitum transfusa is idem Recognoscens Generosus Petrus Paulus à Buzenin Ministerialis et Notarius Terrae Premisliensis, praefato Illustri et Magnifico Constantino Casimiro à Szczawin Szczawinski retrocessionario suo, eiusque posteris iam prout nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerit accepta per ipsum retrocessionarium suum, et eius posteros, hoc idem ius praesens retrocessum, Summam, ac bona Summa eaque onerata praemissaque omnia praesentibus transfusa cum universis eorum Utilitatibus et usufructibus, competentijsque et praerogativis quaevis tenendum, habendum et possidendum

Mis quiete et pacifice [illegible], ac ad suos, Suorumque Successorum quosvis beneplacitos [illegible] libere et effective convertend. praefati Iuris originalis ac omnia latius in se complectentis, praedictique retrocessi et retrotransfusi vigore. Debetque et tenebitur mediatque Recognoscens Generosus Petrus Paulus a Buzenin Illmi praefati Notarius Terrae Premysliensis, qui se, ac suos Successores vi et sub bonis suis generaliter omnibus, ac Summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis praefato Illustri et Magnifico Constantino Casimiro a Szczawin Szczawinski retrocessionario suo inscribit et obligat praedictumque ipsum et eius Successores in dicto iure retrocesso, Summa ac bonis Summa eaque oneratis praemissisque omnibus praedictis transfusis, et ratione eorundem omnium praedictorum abscessos ab omni et quacunque impetitione vindicatione quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis, Status et Sexus existentium, [illegible] [illegible] persona, et occasione sui Recognoscentis ac suorum Successorum, Iurisque praedicti retrocessi tantummodo et non ultra exorientium, in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tuend. defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemque cum effectu reddere, necnon hoc idem Ius praesens retrocessum, Summam, ac bona Summa eaque onerata, praemissaque omnia praedicta transfusa ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praedicta condescentia [illegible] personarum modo quocunque eidem [illegible] persona et occasione sui Recognoscentis, suorumque Successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis, tum etiam a quibusvis [illegible] super eaque praemissa omnia praedicta retrocessa importatis et importandis, Luens deniq. et persolvens, processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac sub praemissis omnibus praedictis transfusis itidem [illegible] persona et occasione sui Recognoscentis suorumque Successorum

tantummodo et non ultra pervalentis et perducendae emundare et li-
berare, mundaq[ue] et liberata semper facere, ac etiam Intromissionem
p[rae]fatam coram Officio p[rae]senti admissam, in fundo bonorum p[rae]fatorum
summa ead[em] p[rae]senti absque ea oneratorum dum per Ministerialem Competentem
et Nobiles duos ex fosso requiretur non denegare, imo debebit
et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataq[ue] et
admissa eadem, possessionem et usumfructum p[rae]missorum omnium p[rae]sentium
transfusorum quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas
et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumq[ue]
retrocessionarium suum, et ipsius successores in p[rae]missis omnibus p[rae]sentis
condescensionis nullo modo iniuriari, Ita ut is idem retrocessiona-
rius suus, cum suis posteris hoc idem ius p[rae]sentis cessum, Sum-
mam ac bona summa ead[em] onerata, p[rae]missaq[ue] omnia p[rae]sentibus
retrocessa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus
competentiisq[ue] et p[rae]rogativis quavis quiete et pacifice p[rae]sentis
Inscriptionis retrocessionariae vigore tenere, habere, et possidere
queat, illisq[ue] utifrui possit, idq[ue] sub vadio summae supra[dictae]
Decem Millium florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem sive
eius posteros, p[rae]nominato retrocessionario suo, et illius posteris
ob non complementum p[rae]missorum omnium et singulorum tam in parte
quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo
pro quidem vadio modo p[rae]misso ad solvendum succumbito, ac p[rae]
aequa principali ex p[rae]missis non expleta complenda Citatusq[ue]
ex nunc in ratumq[ue] Recognoscens Generosus Petrus Paulus a Buzenin
Ministerialis Notarius Terrestris Premysliensis, sive eius successores, ad
instantiam p[rae]fati Illustris et Magnifici Constantini Casimiri a
Sczawin Sczawinski Castellani Krusviciensis retrocessionarii
sui, vel eius posterorum, ad officium p[rae]sens Castrense Capitaneale Premysliense
ex tunc receptum suprato, quod ad reddendum spectat mediante semper

in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, rendere, Vadium Statum luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac de iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eaq omnia inscribit et obligat praesens, Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes faciendo, eiusq Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, Maiori, minori aetate, Successione, Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari, ad Munita, ad Evictionem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem Utriusque officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Juris, praecone Terrae, bello, Conventione neque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

## Sczawinskie Coniuges ab Una et Chlopicki Robnt 127

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Illustres et Magnifici Constantinus Casimirus a Sczawin Sczawinski Castellanus Krusvicensis, et Helena de Tulisskow Herburtowna Conjuges Legitimi ab Una, et Gabriel Chlopicki parte ab altera, Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedentes praesenti vero Castrensis Capitanealis Premysliensis Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, Secum Successoribus ac bonis suis quibuscumque omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque Subijciendo